

R M K II.

1517

BRABEU M,
Vitæ, & rerum gestarum,

REVERENDISSIMI, CLARISSIMI
P. TISSIMIVIRI

R. M. K. II.
1517.

BRABEUM,

Vitæ, & rerum gestarum,

REVERENDISSIMI, CLARISSIMI, ac
ERUDITISSIMI VIRI,

Dñi. SAMUELIS KÖLESERI,
Eloquiorum divinatorum in Ec-
clesia Debrecina Dispensatoris Fervidif-
simi, Disertissimi, Philologi Dexterrimi,
Orthodoxie Sangvine Jesu Christi assertor Propagatoris, &
Propugnatoris Curiosissimi, Zelotæ [dum viveret] in domo
Dei Strenuissimi, Fratrum Tractûs Debrecinensis
Senioris Vigilantissimi, & Scribæ Synodi
Generalis Prudentissimi.



DEBRECINI,

Per STEPHANUM TÖLTESL. 1683.

(Telpis.)

Deb

R. N. K. II.
1517.



Qui,



A honestis, & piis parentibus, purà Generoso Dn. Michaële Kóleseri, & Generosâ Domina Anna Kalmár, Varadini natus, & devoto eorundem votò bonis literis sacratus, tam pingvem studiorum quàm humanitatis, quàm pietatis consecutus fuit messem, ut æqui omnes rerum arbitrii altam spem foverent, Samuelem Koleserium strenuum tandem *coagmentationis sanctorum, & edificationis corporis Christi in Ecclesiis Hungaricis extitutum esse Assertorem.* Hocce triumphantis spei suæ animatus, & stupatus præsidio, ætate factus maturior, à Prudentissimis Scholæ Patriæ Moderatoribus, classi primùm Syntacticæ, postea Oratoricæ, ut & collationibus velitationibus suos inter condiscipulos præficitur. Fruitur Præceptoribus, & Professoribus in Schola Patria, in Philologia & S. S. Theologia Clarissimo ac Celeb. Virò Domino Michaële Topheo, Doctore S. S. Theol. Eximio, pro nunc in Regno Transylvaniæ Ecclesiarum Orthodoxarum Episcopo meritissimo, Vigilantissimo &c; in Philosophicis verò p. m. Reverendò ac Clariss. D. Samuele Enyedi. Haustus ergò & erivatis ex horum Heroum laticibus sapientiæ fundamentis, (rarò ea ætate exemplò) annorum decem & octo, in Academias Exoticas abitum parat, sumptibus Ecclesiæ, ejusdemq; Curatorum instructus, confectòq; per Poloniam itinere, &

nerē, & marinā navigatione (Divinā opitulante providentiā) fœliciter superatā, Academiam Lugduno-Batavam, terrā marique celebrem salutat, ubi, Viros de re literalia optimè meritos suos totidem Gamalieleas nanciscitur, (ad eorundem pedes nullo non die sessurus) utpote, in Philologia, signanter in Lingva Hebraica, Syriaca, Arabica, Samaritana, p. m. Celeb. D. Georgium Golium; in Philosophicis p. m. Celeb. D. Adrianum Heerebord; in S. S. Theologia & sacrarum literarum studio p. m. Celeb. Dominum Johannem Coccejum, p. m. Celeb. D. Abrahamum Heidanum, & p. m. Celeb. D. Johannem Hoornbeekium. Academicis ventilationibus seu disputationibus ibidem interdum plausibiliter defunctus, Iustratis tandem aliis præterea Academiis, earumque Professoribus, salutari variarum rerum eruditione, (præsertim in Lugdunensi bonarum literarum diversorio) probè & probè imbutus, cœlum solumque mutat, magnam nempe Britanniam seu Angliam petit, ubi, gestibus suis castigatissimis Virorum Doctissimorum favorem & gratiam sibi conciliat, magnam rerum Britannicarum experientiam comparat, linguam Anglicanam usque ad eum excolit, & familiarem sibi reddit, ut sanò & salvò vel ipsorum Anglorum iudiciò dignus, & benè aptus judicaretur, qui Anglicano idiomate ex suggestu proponeret, & ad populum verba faceret. Tandem visitatis Frequentissimis literarum, & literatorum emporiis, Academiā nempe Oxoniensē, & Cantabrigiensē, atque ita, peregrinatione Anglicanā confectā, in Patriam redit, & rectā Varadinos seu Patrios repetit penates, cum ipsissimis patriæ Patribus, cumque Parentibus charissimis, Fautotibus & Amicis dextram jungit, & conversatione suā, sale, prudentiā & æquanimitate temperatā, gratissimum se illis hospitem præbet. Quid sit? A Patriæ Patribus, & Scholæ Varadinæ (protunc

(pro tunc florentissimi Musarum domicilii) magnanimis Curatoribus virtutum suarum in dies magis magisque conscis, documentisque earundem notabilibus præmunitis, clavò gubernii Scholæ patriæ honoratur; & dignatur, cujus intrā parietes, cū integrò bienniò strenuum Sacræ Theologiæ & lingvarum Sanctarum ageret Professore, (præeunte & avolante dexteritatis suæ etiam ad cathedram pastorem nuntiò,) ad sacrum Ecclesiæ Szendröviensis vocatur ministerium, Quo, octenniò tribusque mensibus plausibiliter perfunctus, *Dei manu & consilio Tokainum transponitur*, ubi, etiam cū ferme quadrienniò, fideli & indefessā Ovium Jesu Christi custodiā distineretur, & tanquam in *specula exploratoria* constitutus, *viam populi cognosceret, exploraret*, & mala lateri Ecclesiæ ob peccatum ejusdem jam jam hærentia, magno cum zelo indicaret & ingeminaret, fulmine persecutionis Ecclesiæ Trans-Tibiscanas protunc longè latèque infestantis, ietus, & fugatus, Debrecinum alteram eā tempestate Exulum *Pellam & Pathnum*, unā cum suis dilectis, & numerosa fugatorum Eliarum cohorte, capitis tuendi causā, se confert, ubi, ob magnam in dicendo, docendoque dexteritatem, conspirantibus illorum quos attinebat votis, ministerio Ecclesiæ beatur, comite tandem tractu temporis bigā muneris Ecclesiastici, Fratrum nempe Senioratu, & Synodi Generalis Notariatu. Ast, cū decursu annorum duodecim Apostolicā cum parthesia sermonem prædicaret: *tempestivè & intempestivè instaret: argueret increparet, & cum omni lenitate & doctrina obsecraret*, atque ita fidelium contesserationi cum magna olei & somni jactura litaret, acerbissimis doloribus totidem mortis ante-ambulonibus enervatus, & postea, lethali morbo correptus, cum maximo Conjugis Lectissimæ, Filii desiderio

rum in oris Exoticis peregrini, Trigæ filiarum dulcissimarum, Collegarum Coniunctissimorum, Scholæque & Ecclesiæ Debrecinæ mœrore, & damno, inter ardentissimas preces & suspiria diem suum ciausit, æternam laborum suorum panacæam, meritò sui Salvatoris adeptus. Anno Aertz Christianæ 1683. Die 16. Julii, horâ 12; ætatis verò suæ quinquagesimo.

Perfolutum,

Ab Ecclesiæ Debrecinæ, aliarumquæ Pastoribus, Scholæ Moderatoribus, ejusdemquæ, & quibusdam Urbis Civibus.




Psalmi-



Salmicen unanimi gaudet *Jonathanis* amor;
Uritur & Jonathan Davidis fœdere, junctis
His amor unus erat, dum vita caduca manebat:
Hinc *Vates* chari fatum lachrymatus *Amici*;
Quid miraris ego lachrymis quia pressus acerbis
Conqueror? & nimios imo de pectore questus
Profero sincero penitus privatus *Amico*,

Nuper amicitiz conjunctis legibus itum est,
Quando Varadinis nos urbis eramus in oris,
Haud erat ex variis lociis, mihi charior alter.


Erga strenuum in opere Domini (dum viveret) commilitonem & benevolum conjunctissimum, hisce affectum testari voluit JOHANNES ZOANY; Eccl. Csatarensis Pastor, & Tractûs Bihorienfis Senior.



Philip. 1. vers. 23 24.

Hinc parat obscuram nobis mora terrena spondam;
Mundus; ad hanc lubricam non amat ire viam,
Sollicitudo suis quare mea viscera curis
Frangit, & hoc dubium pectore versat iter.
Hunnicus Ucalegon Vulcano sternitur, unde
Dant lachrymas nostræ dulcia membra domus.
Si per opem, cladem Patris prohibere valerem,
Optarem vasto sic super esse solo;
Ast grave mortis iter placidam deducit in Urbem;
Quo migrare placet, Christe benigne veni.

Stephanus Diofzegi S. S. Theol. Doctor, & Tractûs Ermellyekiensis Senior.



Unica Debrecii cecidit (vah) litera Iudi:
Cur? Alphabeticum liquit quia Kappa libellum.
Georgius obscuris recubat Comarinus in usnis:

Urna

Urna Valentinum fovet altera (lerna malorum
Dira!) Keresaturium occidit stratagema dolorum:
Tertia Gerhardi tenet ossa supina Kabai
Hydria: duplicibus Samuelem amplectitur ulnis
Quarta Kōleserium. Quæ sunt miracula rerum?
Quando Prophetarum Genitos colocynthis alebat,
Turbabat quos mortis iners lethalis arundo,
Quæ ciet has lachrymas: nostris mors imminet ollis.
Vivus Elisiacis mala multa levare farinis
Gnarus eras; ast gramen idem dat funeris ensem
Dum tibi, per querulas & mors ferit ossa podagras,
Ars Elisæ jacet: nec scit medicina podagram
Tollere, Pæoniis quia mors non frangitur armis.

Talibus Collegam Eximium, ac Compatrem Venerandum, prosequeretur Votis. Alexander Felvinczi. Eccl. Debr. Past. & Synod. Scr.

Dum Debrecinam primum novus hospes arenam
Lustrarem, tristem statim Lybitina dolorem
Obtulit, effrenis dederunt fera spicula mortis
Martontalvini gelido dum membra sepulchro;
Ast hæc pallentis nec dum vesania mortis
Destitit, indomitis crudeliter insonat armis:
Nunc quoque, sollicitum mihi mors in pectore fluctum
Movit; ut optatum procul à me vexit amicum;
Quo cum commissum nobis Dominantis ovile
Pascebam Christi, tum blandos oris honores
Miscebam, varix feriunt mea pectora curæ;
Collegæ sermone frui quia terra negatur.
Sed quia fata sciam, mæsto de pectore curas
Solve sollicitas: fiat Divina voluntas.

Rev. ac Clarissimi Viri, ac Compatris Honorandi,
hæc in gratiam tristis apposuit Paulus Szenczi,
Eccl. Debr. Pastor.

Dialogismus inter Vivum & Defunctum.

Hei mihi nunc quantus tenerum dolor anxius intus
Pectus alit? Lachrymas toties Urbane quid urges?

Cur non,

Cur non, cum Jonathan tumuleris: qui mihi Sauli
Dixisti decreta gravis; Sed vivo, sepulchrum
Hoc mihi nil nocuit, nocuit mihi. Quomodo quæso?
Gilboa dilecti blandò privavit amici
Me sermone; doles mihi cur data munera cæli?
Crede nec invideo; sed dum tu vesceris auris
Sidereis: ego tunc patior juga dura dolorum;
Propterea varias cogor duplicare querelas.

Tristis apposuit Urbanus E. Ujvári comes peregrinationis individuus Eccl. Szobozslaiensis Pastor.

Apoc. 3. 21.

Excolit inferni qui contra pergamam Ditis
Militiam, fortes frænatque libidinis enses,
In Satanam, stygiasque lacus radiantia stringit
Arma, triumphalis memoranda sigilla Trophæi
Erigit: ipse trono cæli residebit in alto,
Victori mansura quies, & regia sedes
Præbetur; cui nulla lues nocet, unde potestas
Flectere nulla potest, quem non Acheronta movebunt.

Andreas Lufakai Eccl. Ujfalusiensis Pastor.

Matth. 25. vers. 20. 21.

Quinque talenta sacro tibi sunt commissa Ministro,
Tu quibus indomitum mercibus æquor aras,
Tu non æquoreis pisces piscaris in undis;
Rete tuum gelidis nevè madescit aquis.
Lex, Evangelium sunt merces, cura libelli
Est tibi sola, quibus commoda multa paras.
Serve per optatum quare, nec inutile lucrum,
Ingredere in Domini Regna beata tui.
Plura dehinc quinis hæres superadde talentis
Imperii, summis utere Serve bonis.


Paulus Sallai Eccl. N. Letensis Pastor &
Tractus Ernelyekiensis Scriba.

B

2. Tim.

Certamen dubias subitæ per mortis arenas
 Certavi; Curfusquæ mei loca iusta fidelis
 Absolvi: puramquæ fidem per tela per ignes
 Obtinui: busto quando mea membra locavi;
 Quod super est capiti victricem tollere palmam
 Lauricomem, per Fata genis revidere coronam
 Iustitiæ, tumulata mex post climata vitæ:
 Aurea Meonidum iustus tentoria Judex
 Adferet, adventum Christi sperantibus uncti.


Stephanus Liszkai Eccl. Dioszegiensis Pastor.



Apocal. 11. 14.

Luctus amat luctum, gemitus post ægra dolorum
 Strata ruit, varias datquæ procella minas.
 Primum vix transit væ, cum super esse secundum
 Cernimus, anxietas tertia grandè sonat.
 Siccine Dèbrecciam vexat mors squallida turbam,
 Ah quoties mites turbat Aronis oves!

Stephanus Szónyi Eccl. Ujvárosiensis Pastor.




Epitaphium metricum.

Bustò Mylla sagax cubat hoc Kòleferius atro,
 Quem cœli, terræquæ Sator per saxa per ignes,
 Nec non mille cruces, tristes totidemquæ dolores,
 Ex cœno mundi vexit super astra potenter,
 Ter denos, & bis postquam duraret ad annos.
 Dificilis nulli, vitâ mitissimus omni,
 Vixit; non etenim fugitivæ mollia Vitæ
 Ocia captavit: meditatus mystica divi
 Eloqui, Regnum scriptis, ut & ore sonoro
 Asteruit Christo, rumpatur ut ilia regno
 Papæ: nectareâ dulcedine Fantis ab ore
 Svavius eloquium stillabat, dogmata Jòvæ
 Dum daret, & monitis populos animaret ovantes:
 Fontes Hebræos, Græcos, Arabumquæ Syrûmquæ
 Noverat, Anglorum & callebat ritè loquelam;

Exemplar

Exemplar Sanctæ cunctis imitabile vitæ
 Extiit: & fratrum solers Inspector: & osor
 Nævorum populi, vasti destructor averni:
 Ergò Viator ades! quò mecum posteritati
 Seræ, fata Viri, gregis & dispendia Christi,
 Orbis in extremis enarres divite venâ.

Assertum, ex defæcato affectu erga manes Viri
 Dei, Compatriis Coniunctissimi à Martino
 Szilgyi Scholæ Debr. Rectore.




Parentator & Mors.

Mors cur falce metis Myllam virtute coruscum?
 An nescis nobis quem truculenta rapis?
 Hinc Varad genuit, Varad plantavit, Eidem
 Post incrementum Belgica terra dedit.
 Anglia post Eius studium mirata profundum,
 Mirata est doctum Panponis ora Virum.
 Varad honoravit, Professore creavit,
 Ut doceat lingvas, Scriptaquæ Sacra Dei.
 In Szendrõ, Tokoi, tandemque in Debrecen Iste
 Collectum veri pavit ovile Dei.

Mors ad Parentatorem,

Mors tollit Fortes, Doctos, tollitquæ Prophetas;
 Ergò nunc luctus claude Poëta tuos.

Paulus K. Lisznyai Scholæ Debr. Rector
 moestus apposuit.



Philip. 1. v. 23.


Saucia Sollicitis fuerant præcordia curis,
 Me vivum biviis quæ rapuere suis.
 Sobria mens avido cœli flagravat amore,
 Nôrat cum Christo dulciûs esse suo:
 Debilitata caro votis prægnantibus urfit,
 Inter oves Domini me remanere mei.
 Utraquæ juris erant, præciosi pastor Ovillis
 Crederet ut fortis; civis & esse Poli.
 Duplicibus curis his dum constringeret æger;

B 2

Nec nã

Nec nōsem certā quō ferar inde viā,
Solvor ab ambiguo vitæ mortisque peroso,
Mors celerat vitam; vita polaris opes,
Evax hospes agor divo cœlestis in arvo,
Quō, perstat placidō iam mea prora salō.
Pastoris divina beat me curia, talis:
Cujus ego Populi ritē Minister eram.


Michaël P. Rapoti Ecclesie Földesiensis Pastor.



Dan. 12. vers. 3.

Igneus Empyreo stellarum fulget Olympo
Ut chorus, & radiis totum circumspicit orbem:
Sic qui facundas satus est Helyconis ad undas;
Ac Aganippe gustavit pocula Nympha;
Phyllaridū tūm Martē rudes ad sydera mentes
Deduxit: postquam crudeli funere merfus,
Transit ad Empyreas per mortis itinera sedes
Aspera, luce rudes superat splendore refulgens,
Huic sine fine decus viridis ceu gloria palmæ
Permanet, æthereos circumspicit ordine cives.

Johannes Fulkei Eccl. Ladanylenfis Pastor.




Heu cecidit cecidit! proh funere merfus acerbo!
Dignus erat longos qui numerare dies.
Qui pietatis amans, & servantissimus æquus,
Quis verè cultor religionis erat.
Mors illum rapuit, proh! qui largitor egenis,
Et miserabilibus spelquē decusquē fuit.
Quam placidus, blandusquē decor fulgebat in illo!
Qu vivens nulli causa doloris erat.
Gratia quæ morum, quæ lactea copia faudi?
Comis ut, & fastus fervidus osor erat.
Hic & acuta dedit solidis mysteria libris,
Syncero clarum sparsit ab ore jubar.
Sacra salutiferi sincerè semina verbi
Sparserat, & vitæ mystica verba scidit.
Hauferat ex variis purissima flumina lingvis,

Ipsimè

Ipsi mistus erat cum gravitate lepos.
Quid dotes, vitamquē loquar? quibus ille loquelis
In Christi clausit tata suprema fide?
Summe Parens (inquit) miserere mei atq; remitte
Per Christum, vita, crimina cuncta mee.
Nam miser agnosco patrata piacula vita;
Sed justum credo me tamen esse fide.
Ergo me miserum miserere fatentis, & ægro
Da mihi supremum claudere ritē diem.
Hac ait: & lassus tendens ad sydera palmas
In Christo placidā morte quævit ovans.

Memoria & honori Viri pietatis decore conspicui Clarissimī D. Samuelis Köleseri, Amplissimæ Eccl. Deb. Antistitiū vigilantissimī, diocesanos Inspectoris dignissimī; Fautoris & Compatrii desideratissimī mærens deproperabat Steph. S. Sz. Peteri, Inuit. I. C. Servus.



Gen. 12. 14.

Pocula leticis quando spumantis habō,
Offeret mihi Christi pascentis ovilli
Roma caput regni; celebris Babylonis Ur ora,
Et natale solum celeres vitare parentum
Cogimur, ancipitis lustrare suburbia Pathmi;
Terra sed una meum cum non in limite corpus
Exciperet, mihi Fata Deum dant ruris arenam
Diversam: variis sic cogimur esse sub umbris.
Proh dolor! Aralii tunc surgunt bella minaci
Imperio, mortemquē vocant ad funera Fratris
Germani, miserum me! nostras fama per aures
Tristis it, armatis utinam consurgere dextris
Fas esset! Lachesis crudelia tela valerem
Immutare quibus; validos intendere nervos
Sed quia Fata vetant, gelidō requiesce sepulchro.

Paucis hinc mortui in Dn. manes honorabat
Paulus Czeglédi, Eccl. Dioz. Pastor Frater
Germanus.

B 3

Claudor

Claudor ab indomito per Numina sacra sepulchro,
Et recubo gremio Christe benigne tuo.
Nil trepido, superatus humo, mceroris acerbò
Naufragio; nullum jam mihi restat iter.
Ergò Vita cave membrum cruciare dolore
Amplius: hic animæ sacra corona meæ.

Andreas Belteki Eccl. Szovatiensis Pastor.

URbs DEBRECINA tibi (liceat si vera fateri)
Certè ego fatalem jam properare necem
Vaticinor, quoniam Soles super axe micantes
Claraquè de vestra SYDERA sede ruunt.
Spurcatas in te torquet MARS felle Sagittas.
Mors tua terribili LUMINA falce secat.
Luximus effractam non dudum sede QUADRIGAM,
TRIGA fuit: superest en modò BIGA tibi!
Ergò quid in tantis lacrymarum naufraga lymphis
Exspectes? nisi sit spes tua sola Deus.

Steph. T. Debrecini Patriæ Civis ac J. I.

Occavus jam (dante Deco) perlabatur annus
Quò me regressum, patria terra fovet,
Octo sub his vidi patriæ cecidisse columnas
Ohe, rûituræ signa verenda domûs.
Tres magni MOSES ceciderunt, quinque Prophetæ,
Proh dolor, irati signa tremenda Dei!
Dicam plura? fames, pellis fera, flamma Tyranni,
Vexârunt Patriam continuata meam.
DEBRECEN evigila! tantam perpende ruinam
Inquirens: tantum quæ peperere malum?
Defleat errores quisquis, peccata reliquat,
Quæ totum nobis hoc peperere malum.
Sancte Pater! nostri miserere tuamquè Sionem
Tot vexâsse malis hætenus estò satis.
Hætenus estò satis, tantas cecidisse columnas,
Ne domus immensò pondere pressa ruat.

Ita suspirat Johannes Pofalaki de Debr.
Civitatis Patriæ Juratus Notarius.

Psal. 69.

Psal. 69. 10.

Thure vaporati penitus penetralia Templi,
Lassârunt vario membra labore tibi.
Zelus & assiduis urebat viscera flammis,
Propterea gelido das tua membra rogo?
Ergò quiesce parùm mcestò quòad membra sepulchrò
Mox crîs empyreò corpore, mente, Polò.

Stephanus Dobozi Patriæ Civis

Dum Leo terribilis furialibus intonat armis;
In quem Castra parat jaculis Alemannicus orbis;
Christiadum subjecta gemit dum turba Leoni:
Tunc nova bella minisfera mors conscribit acerbis
A Jove quæ oratum tollit violenta Ministrum.
Biblicus ut textus docet, excipit atra sagacem
Urna virum; varix quare plorate plateæ
Urbis Debreciæ, date vota diserta Jehovæ.

Tristis apposuit Georgius Cs. Komarinus
Patriæ Civis.

Fatidici joca linque chori rota; quassa cupressi
Funestæ ferit exta sacri frons ardua plautri:
Atrati rape, Mosehe sibi juga trista lini;
Lætifera sonat atra poli palinodia Caneri:
Laurigeri fata ferta thori lugete; Prophetæ
Cassa soli tenet urna cavi fervoris opaci
Membra: vagi tremor acris adi domiccænia vulgi!
Cur? superi nam Mystra fori referare potenti
Claustra sibi prece tuta soci retinacula claudi
Concessit. Pater alme tuæ succurre Sioni.


Paulus P. Szölösi p. t. Senior Sch. Debr.

Prende manus! inopina quies calor ossa superstes
Dissolvant: referata tremant penetralia somni
Cornea, nigrantis tunicæ superabis amictu
Membra, novercalis Jonathanis ad astra locati
Nuncia fama sonat; sed Belgica Musa vocantem
Nutrit Batavicis peregrinus amarus in oris:

Comiger

Corniger Amramides requies per amica juventæ
Non reducem capiet, rigidas inimica levavit
Parca manus peracerba gemit quem Pannona tellus,
Ilacides de monte *Nebo* spectare Propheta,
Tristè! Palestinas lustrare jubetur ad urnas
Invisum numen! prænsare nec ille meretur,
Battavicus celerare fugam meditaris *Athenas*,
Ah! cecidit Gideon solers auriga Sionis,


Joh. Makodi p. t. S. D. Cont. Scrib. & Eloq. Præc.



Ambiguos post nosse sinus veritatis ævi;
Convexi quæ læta diu paræ sit data mundi,

In nostris hanc bella focus fortuna locavit
Ætatis vitata quies solatia rumpit,
In cultò detenta solò mens ægra quousquæ,
Vitales pertrillè dies deducere par est,
Prosperitas quæ parta Deosèd jure triuni,
Cœlesti cum sede beat compage soluta
Est rutili cognòsse nefas res mystica cœli
Imbelli proclufa viro cui nulla potestas
Fariet, excelsæ temeratis ausibus æhræ
Gaudia, perpetuum quæ sunt abitura per ævum.

Mich. P. Rapoti S. C. & p. t. Synt. Præc.




Est triste fatum, mortis ab impetu
Si quando fortes præcipiti gradu
Tollantur Athletæ, gementis
E gremio populi frequenter,
Tùm namquæ multò, quam solet antea
Plutonis aulae porta perhorrida
Christi gregem vastare, demùm
Perdere funditùs allaborat.
Hoc, nostra præceps (proh dolor) undiquæ
Afflicta fertur navis in æquore,
Quam Christus ejus nauta, portum
Ferre brevi velit ad quietum!

Johan. Decsi S. C. & p. t. Etymol. Præceptor.

O! mor:

O! Mortis violenta trucis (dolor) arma subinde
Urbi Debreciæ quæ nocitura patent.
Ecce petunt Myltam populi sermone potentem,
Lættiâ lassis, qui medicina fuit.
Erumpo in lacrymas, peramara pericula vecti
Ocurrat pietas: cujus imago jacet.


Stephanus. Mikolai S. C.



Dialogismus inter Poëtam & Viatorem.


Hoc cujus tetricò requiescunt membra sepulchrò?
Ossa cubant rarâ (vz!) pietate viri.
Quis repeto cecidit? quem mors truculenta cecidit?
Audi! Apostolicâ simplicitate virum.
Quem? qui sacra Dei tractabat mystica summi:
Qui Orthodoxias summus Amator erat.

Michaël M. Papai S. C.




Fletum stagna, lacus, sletum tera saxa loquantur;
Sed nec Debreciæ sedis sint pulpita læta;
Verùm sollicitas eructent pectore voces;
Mors etenim mandante Deò florentis ovili
Pastorem rapuit, cujus dedit ossa sepulchris;
Quò præfente Dei populus fuit intus & extus
Lætus; at absentem lacrimantur protinus omnes.

Georgius T. Keckemeti S. C. & Curator Neut. & Mend.



Solvitur in cineres formosum corpus Aronis;
Ast labor assiduus, res gesta, claraquæ virtus
Durabunt mundo, lucem spargunt & opimam:
Solveris in cineres pariter clarissime Nolter,
Terra tegit tua membra; tamen proh! fama vigebit,
Nam custoditum te stante remansit ovile,
Membra truces tenuère cruces, licet ossa dolores.

Johannes P. Szikszai S. C.



Perspicius tractanda colis documenta labellis,
Cumquæ sacrum ferveret opus, dum lumine cassos
Collustras, corpus tunc lentâ morte quiescit.

Ergò

Ergò viventem porrò cœti lumine cassum
Ploremus lacrymis! doctrina, modestia, candor
Quem satis æternæ consecravère salutis.

Stephanus M. Vecsei. S. C.

~~~~~  
Sermo Defuncti ad Vivum.

**P**ER rapidum titubante fretum me, fluctus aquarum  
Sæviit in quantum! vix tibi scire datum.  
Navis eram validis venti percussa procellis,  
Et pelagi scopulis læsa subinde feris.  
Quot Syrtes, signate ludes? ego quodquæ caribdes  
Sum perpella maris? prænumerare nequis.  
Meta vix data, cura fugæ mea transit, euge!  
Terminus hic; mihi nil æquor & amnis obest.  
Hic datur eximio victoria digna triumpho  
Huc reliquæ celeres appropere rates.

*Metricam hanc Allegoriam Rev. ac Clariss. D. Samuelis Kotléri  
memoria sacravit Georgius Csontos Tokai S. C. & p. t.  
S. Poëticos Præcepit.*

~~~~~  
DUM juvenile decus, mentem sensusque trahebam,
Linguarum cultor frenis in orbe fui;

Ast modò cuncta rapit secum versatilis annus,
Nec vitare suam vult fera Parca viam.
Cur? quia vita mihi gravis est, & flexilis ætas,
Vivere cum nequeam sit mihi dulcè mori.

Stephanus Csaplár Patai. S. C.

~~~~~  
**H**Æc me sola premit moriturum cura; meorum  
Natorum quoniam vultus spectare negatur;  
Battavicis quia Natus abest distractus in oris,  
Ignarus fati Gener est, ac Filia nostri.

Samuel Szathmari S. C.

~~~~~  
TERRIBLES ferat omne vices nemus, unde charibdes
Proveniant, tristes mors paret atra nece.

Nil trepido; mansura meò victoria bello
Hoc datur, eximio cum fruar hæc bono.

Andreas Szobozlai. S. C.

Jerem. 20. vers. 9.

UT rapidus flagrare solet fornacibus ignis:
Sic altum Domini Zelum sub corde ferebas,
Et fuit ossibus ignis Amantibus ipse supremus,
Nec contempisti Domini præcepta potentis;
Ergò quiesce satis bone Sæve per æthera clarum.

Stephanus Herendi S. C.

~~~~~  
**Z**ELUS eras totus Samuelem rite secutus  
Vir Reverende Dei, populorum Mysta gementum!

Testis sum; morti quoniam cum proximus esses,  
Biblia sacra penes te crebrius ipse legebam,  
Te svafore piis precibus quoque sæpe petebam  
Æthera, donec erat præsens spirabilis aura.

Franciscus P. Ujfalusi S. C.

~~~~~  
HEM quam dulcis eras Pastor venerande cohortis
Debreciz! custos sic probitatis eras;

Sed tulit æthereus Rector te pulvere terræ
Mixta sagax, Domino tu modò junctus abes.

Stephanus H. Kajari S. C.

~~~~~  
**T**E licet in fera rapuerunt Numina nocte,  
Et vita saturum sopiit alta quies.

Flectere tu poteras tamen altum pectora dura,  
Argutò tantus fluxit ab ore melos.

Michaël sz. Györgji. S. C.

~~~~~  
HEU quæ spectro? vix! quæ rapit ales Aello?
Sydus Debreciò migrat ad astra solò.

O decus! o patriò sydus venerabile cœlò
Lapsum! cur querulò conderis hocce locò?

Nicolaus N. Nanáfi S. C.

~~~~~  
**L**INGVARUM verbique decus gratusque loquelis  
Præstans ex multis Phosphorus hicce fuit;

Ergò jacent tellure, silent K. quatuor urbis,  
Nonve vigent currus quattuor ecce rotæ.

Gregorius Phülöpszallasi. S. C.

C2

Te futo

**T**E fate de Varad, consecravere saluti  
Aeternae virtutis opes: patientia rara,  
Spes bona, pura fides, Christi dilectio firma.

Paulus P. Csengeri. S. C.

**S**eptima Debreciz facies lustratur olympi,  
Quadrigae radiis quibus atrae lampadis instat  
Irradiant oblecturus ohe suffocat Olympum  
Hesperus! inde citim stellae cecidere valentes.

Andreas O. Debreceni. S. C.

**C**ur mea flebilibus conjunx monumenta querelis  
Cernis? cur lacrymis te lacerando feris?  
Cum mea palma duplex Christo commissa, nec unquam  
Terrebar; verum cantica grata canam.

Michael Kémeri. S. C.

**D**evicit, tetigit, cordatus crede capessit,  
Aerumnas, caelum, praemia larga poli.  
Correxerit, pavit, depromsit pectore fixo  
Enormes, populum, Mystica verba Dei.

Johannes A. Comaromii. S. C.

**C**onsilio, verbique lonò per-rarus in horto  
Mundano, studioque sacro praclarus Apollo  
Heu file! in stricto lugubria membra sepulchro  
Hærent, parce tuo populo Deus optime quæro.

Stephanus Szalontai. S. C.

**D**octores Sulcare soles furibunda Salubres,  
Angores renovando graves, spoliando penates,  
Non cessas delere viros mors effera Doctos.

Johannes Békefi. S. C.

**A**nne tuos proferre queam Venerande decentes  
Virtutes? quarum florida palma viget.  
Dives eras donis lingvarum, dives & arte  
Köleferi, ingenii munere dives eras.

Michael Abani S. C.  
Occubuit

**O**ccubuit fatò Samuel Köleferius Urbis  
Ductor Debreciz, per freta trita viz.  
Non cecidit; verum prænumcia gloria famæ  
Permanet, ex cultis clarus honore libris.

Stephanus Vas. Debreceni S. C.

Prov. 15. V. 14. 24. 32.

**D**iva peritorum mens, ac præfaga futuri  
Æthereum meditatur iter, cita compita sursum  
Indigitans, ubi fixa latet cynosura, Redemptor  
Aspirat lustrare nitens emblemate caelum;  
Cum spectet validum justos in morte receptum.

Stephanus P. S. Keseruj S. C.

**T**urba minax variis quando dilcurrit in oris  
Christiadum: Præco tunc tumulatur humo.  
Orbis ~~com~~ alius adit cum limina gentis:  
Mysta petit noster visere tecta Poli.

Martinus Lendvai. S. C.

**C**ernis obire virum, lachrymando, morte feroci.  
Luges quod Præco contumuleror humo?  
Define; namque Deo placuit donare ministris  
Cælestem Sophiam, nectar, & ambrosiam.

Samuel P. Bellyei. S. C.

Luc. 2. 29,

**V**enisti mea lux, votorum summa meorum;  
Ergo poli liceat mihi nunc meditariet aulam.

Adamus Szkarofi S. C.

**C**um tua vita feris esset vexata sagittis,  
Debilis, & fortis portabas nuncia patris:  
Jam laus in terris, & gloria cingit in astris.

Nicolaus O. Kömlej S. C.

1. Sam. 25. V. 1. 11.  
**C**eu Ramæ Schemuel divus, Judexque Propheta.

Occubuit: pariter Debrecius Schemuel  
Ceu Juda moestus sequitur populus Schemuelem:  
Urbis Debreciz sic quoque fletu cohors;

Stephanus C. Pataki S. C.

Romani Papæ fugientis terga sequutus  
Sum propter dirâ dogmata prava manu  
Quæ potui docui, scripsi, Dominique talenta  
Auxii; sed tristi contegor hęc tumulto.

Johannes L. Ifaki S. C.

Quid turis ô demens, agitans, ludibria servo  
Vultu mors? animam te rapuisse putas?  
Lumine privati cuius jam tecta sepulchro  
Membra jacent, superis Spiritus almus adest.

Johannes Kondorosi S. C.

Unicus ex multis exurgit pectore sermo:  
O! Debrecen cupio: terque quaterque vale!  
Gratia cœlestis sacro circumdet amictu  
Vos, quos asperlit sanguine Christus, Amen.

Nicolaus M. Apati S. C.

Etsi velivoli fremebunda Catarmata mundi  
Inter utrumque fremant; tamen arma sonantia belli  
Horreo nequicquam; vitam quia vivo quietam.

Daniel P. Büttösi S. C.

Cur tua membra jacent vir? Quæris? Mox tibi dicam  
Me, me, magna Dei, populi Templique cupido  
Consumsit, trepidas? non; est de morte triumphus.

Johannes Kisvárdai S. C.

Verba Defuncti ad Familiam.

Mors fera cuncta rapit mundus quæ animantia gignit,  
Me si non mirum, mors rapit ergo virum,  
Inter enim Cræsum nullum discrimen & Irum  
Ac alios inter mors violenta facit.

Johannes Banki S. C.

Doctrinâ Celebris tuus (O Grex!) occidit ohe!  
Zelô Thesbitis ditatus, & arte precandi  
Præco, cerne peto; ast Tuba clangens, svavis Apollo.  
Inde cies altum lacrymis in corde dolorem.

Stephanus A. Gyöngyösi S. C.

Heu dolor! Heu luctus gravis! Heu lacrimabile tempus!  
In quo nulla quies, nec mora grata datur,  
Debreciz plebis nam Dux prostermitur Almus.  
Morte repentinâ, Kõleseri Samuel.

Paulus Gyöngyösi S. C.

SARGE genas lacrymis pro nunc pia turba Scholaris  
Pallor namq; tuus cecidit celeberrimus Ille  
Quem flendo, comitari rogo, claudasq; sepulchro.

Thomas M. Pappi S. C.

Membra soporifero promptè committo sepulchro,  
Cum Christo simul esse volo; quia corporis antrò,  
Cura latet gravium vitiata subinde dolorum:  
Ergò lubens sacrum modò mens mea scandit Olympum.

Benedictus P. Nogradi S. C.

Licet exanimos vespillo tetricus artus,  
Includit capulo lessibus absq; suo,  
Mens tamen æternâ gaudebit Aonia cedrò,  
Elifio campo jubila libat, ovat.

Stephanus Dobrai S. C.

Vita vale, mea membra cave cruciare dolore  
Amplius, est animæ Sacra Corona mex.

Stephanus B. Gyöngyösi S. C.

Hoc animò viduata suò, lacerata venenò,  
Membra jacent tumultò; cur sacra metra cano.

Stephanus Nyiregyházi S. C.

Sid creò velut altra polò radiantia fulgent,  
Dan. 12. v. 3.

Qui pos

Qui populos docuere Dei documenta tonantis  
Tu quoq; sacra Dei quoniam præcepta docebas  
Vivus: fulgebis ceu Sol præclarus in ævum.

Andreas S. Pathai S. C.

**L** Argis dives clas donis: pietatis, & artis,  
Dives eras clarò vocis in Urbe lonò.

Samuel Vecsei S. C.

**M** Olche jugum populi gessit; de monte Sinai:  
Detulit & mandata Dei prescripta polaris:  
Deòrecen Illustris pavit sic imbre polari  
Cives hic Samuel; mors aut truculenta subegit.

Michael Uzoni S. C.

**U** Nius haud saltem tua mors; sed publica rupit  
Gaudia, te lacrymans publica turpe gemit.  
Non tamen est imis tua fama sepulta cavernis;  
Sed remanent meritis digna trophæa tuis.

Josephus Debreczeni S. C.

**E** Xemplis, divâq; Deum sum voce precatus.  
Jam me, (qui docui;) Christus ad astra vocat.

Johannus Enyedi S. C.

**Q** ui dedit ardenti cœlestia dogmata venâ  
Nuper: jam mortis falce feroce cadit.

Stephanus Konyári S. C.

**O** ! qui Vardanis quondam documenta dedisti:  
Inde fuga celeri juga submontana petendo,  
Szendrôviæ primùm: Tokaini postquæ docebas:  
Tandem Debreciùm cum Templâ decenter adornas,  
Te mors læva necat, Deus o bone parce Prophetis.

Martinus Püspöki S. C.

**T** E læsum dicam Köleferi nomine corpus  
In cineres læsum quod rediisse patet?

Abst:

Abst: fluore nitens cantat te cedrus Olympo,  
Omnis te doctùm pagina sacra canit.

Casparus Harfányi S. C.

**A** ntidotum, Emplastrum, quia pharmacopola fuisti  
Fidus, in æterno perge, quiesce toro.

Stephanus Szathmári S. C.

**O** Deus omnipotens! cur non jam perfida mortis  
Sanguine fervorum desistant arma ferocis!

Stephanus Lofonczy S. C.

**A** H dum fata vocant! satis parere necessum est;  
Omnibus est quoniam certa statuta dies.

Josephus E. Ujvári S. C.

**E** X muliere semel natus (dum Fata manebunt),  
Imperium mortis debet adire trucidis.

Johannes Erdélyi S. C.

**E** cce vigil! speculator abest, doctissimus atquæ,  
Occubuit Samuel morte peremptus ohe!

Georgius Böleskei S. C.

**C** Ur rapis exuvias Samuelis dira Nemesis?  
Qui celebris sacra Doctor in Urbe fuit.

Stephanus B. Debreczeni S. C.

**I** Nvida mors populi Myltæ Divina docentis  
Ossa ferit siccâ membraquæ claudit humo.

Georgius P. Szikszai S. C.

**N** Uper cœlestis fueram sacra buccina Regis;  
Jam modò textit humus paulatim corporis artus.

Dominicus Ujhelyi S. C.

**I** N terra qui summus erat pietatis Amator:  
Jam Cœlo fruitur vinctus amore Dei.

Stephanus K. Nemedi S. C.

D

Quò

Quò rapis eximium misereri nescia Myltam  
Mors? quò Fata jubent, parce? Jehova vetat.

Franciscus K. Pataki S. C.

TE sacravit honos Myltam, dum Ductor, & Aron,  
Fax, Lux vixisti; jam tumularis ohe!

Johannes S. Debreczeni S. C.

Ni mors dira tuis incenderet omnia flammis:  
Cerneret hic vitam fortis Athleta suam.

Stephanus Sztropkai S. C.

PKosilat Cataracta tuis Ecclesia Ocellis;  
Concidit heu validus nam pietatis Atlas.

Johannes Czeglédi S. C.

JAm sacra metra canis Christo (qui lemma docebas  
Ecclesiam,) cernens regna beata poli.

Johannes Bölcskei S. C.

OCubuit mitis summus Director Ovilis  
*Clauis, cui lachrymæ promissa Spoula novae*

Andreas Enyi S. C.

Quò fugis alme Pater? Christi gratasquè minister,  
Heu cur nos tristes deseris alme Parens!

Thomas Polgári S. C.

Q Uzrentes Jehovam mutatis viribus unquam  
Lassari poterunt, currere quisquè valet.

Andreas M. Bagaméri S. C.

ARmis quem quæris terit mors? en Samuelem!  
Köieserium, qui documenta dedit.

Stephanus K. Pathai S. C.

MUltigenæ jacet en Virtutis amicus amandus,  
Qui veneranda Dei dogmata sparfit heri.

Stephanus P. Szőlőskei S. C.

Utolsó

## Utolsó végéhez közelítő Istenes Férjnek

utolsó szavai kívánatos élete Társához.

Zép idők folytában kedves hites Társom,  
Súlyos kínaimban állandó Istápom,  
Kefervesnek tetszik tőled el-válásom,  
Ez életből való jajos ki-mulásom.

Mivel ez életben veled meg maradni,  
Sátorom bomlása tovább nem engedni,  
Tetszik vég butsumat irántad ki-adni,  
Az Ur tárházából sok jokat kívánni.

Az Arvak Istené légyen te Tutorod,  
Gyászban maratt Márám hűlőges Ductorod,  
Világon éltedben kegyes Kalauzod,  
Erőtleniségben állandó támaszkod.

Voltál életemben velem bano Dajka,  
Sűrű jajaimban lelkem vigassága,  
Sajlodot testemnek hív Apolgatoja  
Meg-gyógyulásomnak s;ives ohajtoja.

Hogy ha életemben erőtleniségemből  
*Ellened vétettem, arról helyes szívűből*  
Bocsánator kérek tőled mindenkről,  
Tekintsen reád Isten kiért a' Menyégből.

## Az Urban ki-mulandonak meg-kefe-

redet Házás-Társának feieleti.

J Aj mi esék rajtam! méltó panaszimat,  
Es ritka példájú bokros jajaimat  
Csontaimban reket nagy tűz fájdalommat  
Tirkolni nem hadgya, nyomorult forsomat.

Idegen Országban bujdosó Josephnek  
Vallyon láthatomé első szülőstemnek  
Személyét? ki régen Isten te népednek  
Számára izzadoz, nézd-meg igyét ennek!

Hol van Benjaminom? szívem vigassága,  
Kebelemben hajdan nevelt virágoska,

D 2

Kitas



Kít amaz siralmas elrendő meg főjta,  
 Szép virág-szálamat föld gyomrában zártta.  
 Ezek felet való szerelmes Jákódom  
 Miért távozol el hűséges Tutorom?  
 Majd el hadéz engemet oktató Aronom,  
 Eretted bizonytal gyászos minden sorom.  
 Nyilván van Istennél hozzám való szived  
 El-felejthetetlen tőlem ismeretted,  
 Emlékezetben vann a te nagy hűséged,  
 Es Mósesi hozzám való ízelidféged.  
 Kébelünkben *gyengén nevelt Magyaridra,*  
 Távul s' közel való édes Rajjaidra,  
 Koporsom zártáig hidgyed mind azokra,  
 Szemeimet vetem az storge ezt hozta.  
 Mivel az Ur Lelked majd meg-boldogittya;  
 Lelked házának-is nyugodalmat adgya  
 A' fel-támadáskor azont fel-támasztja  
 Ohajtom, szent szinét veled meg-láttassa.  
 Isten meg-némúlok szájamat be-zárom;  
 Merete eselekedted Attya ezt meg-vallom,  
 Egyedűt magamat *csüggedre* bizom,  
 Jajjos próbáimban irgalmadat várom.

Meg-ozlattatását fundamentomos reménfeggel váró  
 edes Attyának utólsó szavai idegen Ország-  
 ban bújdosó szerelmes Fiához.

**N**Oha kinaim közt meg-bádogyadot szívem,  
 Rollad még is fiam el nem felekezem  
 Samuel, nagy hozzád Atyai szerelmem,  
 Vajha meg-halhatnád utólsó belzédem!  
 Mészázére bújdosni idegen Országban  
 Azért bocsátalak híres *Belgiumban,*  
 Hogy lehetnél bölcseb az Ur munkájában,  
 Es oztán meg-térnél Atyádnak Házában.  
 O mennyit bústám buzgo kérésemmel  
 Eretted az Urat lok könyörgésemmel!  
 Hogy meg láthatnálak ez testbenszememmel  
 S-vigasztaltatnám-meg jelen leteleddel.

Kiváns

Kivántalak téged az Urnak házában  
 Hiv *Pástorrá* tenni Christuśnak Aklában,  
 Latni dolgaikat boldog tolyafában,  
 Hallani elmédet az sz irásokban  
 De nem érhetem el mindenben ez végét;  
 Majd meg-ozlattatom nem látlak tegedet,  
 Nem lehet hallanom ékes beszédet,  
 Tanításban való Elmélkedésidet.  
 Hólt hiremet hallod; de jusson eszedben  
 Szerelmes Fiam, meg kicűsöggedben  
 Istennek adtalak, hogy végre helyemben  
 Pástorrá tennelék Christuś serögében.  
 Mivel azért vetted Istennek kegyelmét,  
 Gerjezd fel magában drágalatos kincsét  
 Ha nekik tetezik forgasd az ő igyét,  
 Helyemben hadtalak legeltessed népét.  
 Mig az Urnak tetezet voltam édes Attyád  
 Atyai szemekkel vigyaztam te read  
 Vidd végben intéfem, mellyet téfzek hozzád  
 Isten kinek hadlak, legyen kegyes Attyád  
*Es et meg-cselekedgye 11-10-63 L. 615 sz. 107. d. 107.*  
 Kegyes indulattal lásd édes Dajkadat,  
 Gyámolítás nélkül ne hadd *Arváimat*  
 Istenre s-te read biztám már azokat.

Meg-keteredet bújdosó Fiúnak válasz-tétele meg-ozlattatá-  
 sának oráján-is rolla meg-emlekező édes Attyának, szavaira  
 s' intéfere.

**B**Ujdosásim után midőn hazám felől  
 Gondolkodnám szintén az Tengerek mellől,  
 Egy szomorú követ vélszen engem elől  
 Kinek hir tétele meg háborit belől.  
 Tudakozom tőle Atty m állapottját  
 Keservefen értem Urban ki-múlását  
 Jaj! melly szomorú hir életem gyámolát  
 El-esetnec hallom szívem vigasságát.  
 O szomorú órák mellyekben szjaldalom

D3

Bokro

Bokrosodik, s-ninesen kívánt nyugodalmom,  
Minap jó Eőcséninek halálán bánkodom:  
Most édes Attyámnak meg-hólt híret hallom.  
Miert nem lehete Attyámot meg-látnom?  
Jelen lételemmel ötet vigasztalnom,  
Kegyes ingulattyat hozzám meg-hálálnom!  
Tetczek Teremtőnek rölle meg-fosztatom.

Atyám édes Atyám ha remenfégedet  
Bé tölthettem volna irántam kedvedet:  
Boldog léfzek vala bu látott fejedet  
Ha láhatram volna hidegült testedet.

Aldott légy az Urul ki velem jól tettél,  
Kinaid között-is rólam emlekeztél,  
Kegyes intésfiddel jóra serkengettél,  
Isten meg-nyúgosszon a' kinek szenteltél.

Ha az Isten velem lezend dolgaimban,  
S meg őriz engmet terhes útaimban,  
Békeliqben enged meg-terni Hazámban,  
S-bé állat Hazának szent szolgálatyában.

Azon igyekezem, hogy azt épithessem  
*Christulust szentáris önként keljétek*

Miként vékony erőm engedi ennékem,  
Atyám nyomdokában járásom intézem.

Eözvedgyfegre jutott szerelmes Anyámnak,  
Ertem el-epedet keserves Máriának  
Intésitül függők mint kegyes Dajkámnak,  
Gyámola-is léfzek édes Húgaimnak.

#### Exspiraturus ad Generum;

Vitézeknek háza híres Veszprim vára,  
Ki fok Abnereket nevelsz fel az harcra,  
Kik bátran rohannak kopis rontásra  
Had fordicsam szomat Lelki Pastorodra.  
Kedves Leányommal fogadot jó Fiam  
Hodosi Samuel, hozzád hogy formállyam  
Vegső beszédemet hozzád hogy ki adlyam  
Sajlodásom között, ingyen sem gondoltam.  
Hozzád írtakvetett édes Magzatomra

Vifely

Vifelly foros gondot, az Urnak utára  
Oktálsad, meg-maradt édes Arvaimra  
Jó szível neze kerlek Leányom Párjára.  
Reátok adgyarkodo Orozlán fegyverét  
Kerelztyéni vérrrel festet éles törét  
Az Ur tördellye-ell, és adgyón nekik bért:  
Szórnvú haragjának zavaros seprejét.

#### Reponit Gener.

Édes Attyám helyen valo kedves Attyám,  
Oh mely nagy hirtelen túled én meg-válom!  
Halal te általad mint szomorittatám,  
Hogy kedves Uramtul így el-hagyattatám.  
Köteles gondomat parancsolatidra  
Igérem, gondom lesz kedves Mariádra,  
Ki terjed hűségem kised Arvádra,  
Es meg-szomorodott Máriának Fiára.  
Oh mely nagy kárával az Ur Sionának,  
Gyászos romlásával az Aron házának  
Tavozál el túllünk: oh Ur haragjának  
Bizonyos selei! fel-lobbant langjának.  
Mindazáltal immár csendelen nyugodgyál;  
Mert fok faldalmidnak vég bucsút mondottál;  
Mivel munkád által olly quártélyra szállál,  
Hol rendet az halál tábora nem kasszál.

#### Ad Filiam.

Hazamban fel-nevelt Mária Leányom,  
Szendrő vég várában Istenül vett Rajom,  
Kised csemetéddel szined nem láthatom;  
Mert az Urban mindgyárt tölletek meg válom.  
Te is emlekezzél meg-szülő Anyadrol,  
El ne felekezzél Atyadfiarol;  
Emlekezzél gyakrann árvai sorfokrol:  
Igy emlekezel meg Attyai voltomrol.  
Szívem szerént tovább világban éltemet  
Az Urul kívántam, hogy szerelmelímet  
Edgyütt bár csak egy szer láthassam, mint negyet,  
S így akartam oltán be-hunyni szímemet.

Filia

Filia ad Patrem.

Szerelmetes Attyám hogy nem láthatalak,  
Jajjaid közt nem is apolgathatalak,  
Jaj! szülő Anyámmal nem virraszthatalak,  
Hogy bokros síralmim könnyebben mulnának.  
Attyám édes Attyám fel-nevelésedért,  
A' jó erkölcsökben szép oktatásodért,  
Háládatosságot mutatni a' jóért  
Kéz leszek, el-maradt kedves feleidért.

Pater ad Bigam Filiarum domesticarum.

HAt neked mire szottlyak Ohajtozo Sara?  
Hideg tetememen keserő Susanna,  
Vallyon hogy távozzam tőletek más útra?  
Mire maradtok-el tőlem árvaságra.  
Oh mire nem érem kedves Leányimnak,  
Örömöknek napját! Sárat Abrahamnak;  
Susannát peniglen kegyes Joachimnak;  
Nem házashatám-el: hü Tutoroknak.  
Világi Tutorok kívül hát Istenre  
Bivlak Szerelmesim, nézzetek csak erre,  
Mert rájok néz hiven árvák seregere,  
Réfat oszt az Selophád árva szűzeire.

Filiz ad Patrem.

Hová távozol-el tőlünk édes Attyánk!  
Árvák szárok közé ime irattatánk?  
Gyamoltalanságra jaj! Anyakal jutánk,  
Attyánk személyétől mihelt meg fosztatánk.  
Mire nem kedvezél nekünk sárga halál?  
Hogy így gyász ruhákat derekunkra adnál  
Szerelmes Attyánktól be hamar meg tolatál,  
Minket-is ő velle mire el nem hordál.  
Téged édes Attyánk nyugosson meg Isten,  
A' ki gondot tartál reánk hűségesen,  
Meg bocsáts ha jártunk a' haratod ellen,  
Dajkalkodásodert legyen béréd menyben.

V E G E.

